

P. S. Pallas

D. N. D. Professors der Natur-Geschichte und ordentlichen Mitgliedes der
Rußisch-Kayserlichen Academie d. W. der freyen Deconomischen Gesellschaft
in St. Petersburg, wie auch der Römisch-Kayserlichen Academie der
Naturforscher und Königl. Engl. Societät;

Reise


durch

verschiedene Provinzen

des

Rußischen Reichs.

Erster Theil.



St. Petersburg,

gedruckt bey der Kayserlichen Academie der Wissenschaften 1771.

ferme ad basin, proxima ad medium oblique albae, rhachi tamen nigra, versus apicem dilatata. *Pedes* corneolo, fusciscentes. *Femina* caret nigredine verticis atque gulae, ceterum simillima. Obs. ad laicum autumnno. Auesi

11. LACERTA *helioscopia*.

Facies Lacertae Maurae, longitudo digiti. Caput totum callis verruculosum, retusissimum, vix labiis paululum prominulis naribusque frontalibus. *Supercilia*, subsquamata, palpebrae aequales, punctulatae, margine grossius granulato. *Collum*, quasi filo constrictum, subtus plica transuersa; ceruix ad ipsos humeros tuberculo obliquo muricato, cum areola saepe coccinea adiacente. *Corpus* breue, lateribus ventricosum, subtus squamulis acutis aequalibus, supra minoribus prominulis, sparsisque verrucis muricatis maxime versus latera oblitum. *Cauda* aequaliter squamata, basi crassa, dein subfiliformis, in apicem adtenuata. *Color* supra exalbido gryfeus cinereusue, guttulis fuscis glaucisque saepe adpersus, et araneosus, subtus albidus; apex caudae supra fuscus, subtus miniaceus, coccineusue, raro pallidus. — In desertis australioris collibus ardentissimis copiosa, insolatur capite surrecto et plerumque soli obuerso; Cursu celerissima, sed minus serpentino quam Lacerta agilis. Amphibia.

12. LACERTA *velox*.

Multo minor et gracilior Lacerta agili, sed facie simillima. Caput, collare squamosum, monile per femora, caudaque verticillata, vt in illa. *Color* constans supra cinereus, strigis longitudinalibus quinis, paulo dilutioribus, quibus adstant atomi fusci copiosi, sed media vix vltra ceruicem continuata. *Lateralis* corporis longitudinalibus maculis maioribus nigris, interspersisque punctis coeruleis nitidis. *Pedes* postici areolis orbiculatis dilutioribus. — Inter saxa circa Inderskiefem lacum, atque in deserti locis aestuosissimis vagabunda, telo velocior.

13. LACERTA *cruenta*.

Forma circiter praecedentis, fere triplo minor et capite acutiore. *Collare* nullum nisi plica transuersa neque monile per femora. *Corpus* subtus album, supra fuscum, strigis ceruicis septem

M m m

septem